

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1890

Auteur(s) : Richard de Bohon, Coutances (évêque)

Bénéficiaire(s) : Neufmesnil, Notre-Dame et Saint-Nicolas de Blanchelande (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1154

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard, évêque de Coutances, confirme la fondation de l'abbaye Saint-Nicolas de Blanchelande par Richard de la Haye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Constantiensis, n° XVIII, col. 244 (?).

Texte établi d'après a

Universis sanctæ matris ecclesiæ fidelibus, Richardus Constantiensis episcopus, salutem. Quoniam deficiente fide et succrescente malitia, multa quæ in sanctæ matris ecclesiæ sinu a nobis fidelibus ejus filiis fuerant collata, et ad usus pauperum Christi in sancta religione pie et simpliciter consecrata, eorum perversos heredes ad iniquitatis velle et conari reducere cognovimus, præcipue quæ nullius characteris testimonio et autoritate fulta inveniebantur ; idcirco nos foundationis et eleemosynarum ecclesiæ sancti Nicolai de Blanca-landa veritatem in quantum vidimus, fecimus et audivimus, hujus nostri scripti repræsentatione et testimonio corroborare, et sigilli nostri impressione fideliter apposita, totius nequitia commenta, sive dubietatis nubilum reseca et auferre curam habuimus. Volumus itaque ad omnium, tam præsentium quam futurorum, notitiam pervenire, quod Richardus de Haya et Mathildis uxor ejus hanc præfatam ecclesiam fundaverunt, et per nostram manum conventum canonicorum ad serviendum Deo in ordine Præmonstratensi ibi posuerunt, ad quorum usus necessarios de terrenis suis bonis, ista quæ subscribuntur contulerunt, sibi nihil omnino retinentes in illis, excepta multa, et opere exclusæ in terra Radulphi clerici de Anfremesnil, et opere exclusæ in terra Hugonis Tauri de Chetevilla ipsum videlicet locum qui Blanca-landa dicitur, cum omnibus adjacentibus suis a Bellavalle usque ad montem Estenclin, sicut eum a foresta separat signorum appositio, et ipsam forestam ubique et quandiu duraverit, ad omnia ædificia sua facienda et reficienda, et ad omnia domus necessaria, et ad ignem ad libitum, etc. Decernimus itaque ut nulli omnino hominum liceat unquam præfatam ecclesiam temere perturbare, quod ejus sit auferre, vel ablatum retinere, nec eam temerariis vexationibus fatigare, inquietare, sed omnia ei conserved integra, regularium fratrum et pauperum usibus profutura. Si quæ igitur ecclesiastica secularisve persona contra hanc nostræ confirmationis et attestationis paginam venire præsumperit etc. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto.